

imperavi dolori; extorsi animo, ut cum ad vos venero, ex vestra precipue sententia et ducis B.<sup>1</sup> consilio rem patiar<sup>m</sup> componi. Comitibus Golvvini<sup>n</sup> causam etiam atque etiam vestre fiducie commendatam esse volo, ne comes Eberhardus<sup>o</sup> in nostram iniuriam sub alieno nomine de illo triumphet. De mea cum domna imperatrice disceptatione id solum ad presens volo<sup>p</sup> rogare, ut cum<sup>q</sup> occasio aliqua dederit, solitam ecclesie nostre opem et tutelam pretendere non gravemini. Vale.<sup>r</sup>

## 10.

(Der Dekan) P(oppo) an Bischof G(unther von Bamberg):  
übersendet verschiedene Bamberger Nachrichten und klagt  
über die Nichtersetzung seiner Verluste.

(1063 etwa März.)<sup>2</sup>

Cod. Paris. lat. 2903 fol. 49.

Domno dilectissimo G. P. se ipsum per omnia quam diligentissime.

Cum<sup>a</sup> Luipoldus<sup>b</sup> a vobis revertisset, insinuavit mihi vestrum legatum prope diem venturum, qui mihi omnia, quę erga vos agerentur vel agenda forent, penitus renunciaret. Quo nuncio suspensus, simul quia nichil auribus vestris<sup>c</sup> idoneum apud nos acciderat, quęmquam ad vos transmittere distuli et tamen per prepositum quęcunque pro tempore visa sunt, mandavi, quamquam sentio hanc operam frustra susceptam, cum ipse vos non convenerit. Nunc de episcopo Augustensi vix certe post biduum, quam transierat, audivimus, ita raptō et dissimulato agmine preter nos<sup>d</sup> evanuit. Et nunc quidem omnia apud nos<sup>e</sup> in suo cursu aguntur, excepto quod nostra Maria et mirando dolet et dolendo

9. <sup>m</sup>) pacior U.    <sup>n</sup>) N. U; zu lesen ist wohl Goswini.    <sup>o</sup>) N. U.  
<sup>p</sup>) volo ad presens U.    <sup>q</sup>) nachgetragen c, ubi U.    <sup>r</sup>) fehlt U.

10. <sup>a</sup>) Com c.    <sup>b</sup>) korr., ursprünglich scheint Comuipoldus dagestanden zu haben.    <sup>c</sup>) n(ost)ris c.    <sup>d</sup>) uos c.    <sup>e</sup>) uos c.

<sup>1</sup>) Wohl Berthold von Kärnten.    <sup>2</sup>) Bischof Gunther, der den Brief n. 9 noch aus Bamberg versandte, ist nun also wieder abwesend, vielleicht in Kärnten. Berücksichtigt man, daß später noch ein weiterer Brief (n. 16) an ihn geschrieben wird und daß er im Mai 1063 wieder in Bamberg ist (n. 17), ist der Ansatz in den März 1063 der wahrscheinlichste.